



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Caroli Scribani è Societate Iesv Philosophvs Christianvs**

**Scribanius, Carolus**

**Neobvrgi. Ad Danubium, 1618**

Cap. XI. Advlatio. Eò grauior, quò tectior: quo sub amici persona iucautos  
perimit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46524](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46524)

& vita sola. reliqua omnis  
 mors potiùs quàm vita est, eoque  
 miserior, quo mortem secum tra  
 hit nullo suo finiendam, nullam  
 claudendam.

## CAPVT XI.

ADVLATIO. Intuere hic quæ  
 ta venena iaculentur hac melle  
 quæ ante minas interimunt, ante  
 classicum iugulant, eo sceleratis  
 quo irrepunt incautiùs: ita si  
 amico osculo antè cadit Ab  
 quàm siccam videat, vulnus se  
 ciat. fugiet hoc malum quisquis  
 pit. ingens enim & non medicabile  
 bile toxicum latet sub hoc fauo  
 mor, saporatis plurimum & dolo  
 bus nocitura misceri. & veteri  
 dicti, Quisquis in faciem laudat  
 damnat, & grande iam tum  
 ditatur malum; occasionemq;  
 eius tempusque commodum, se  
 sparget qui mentiebatur factu  
 rum, deuomerque ridentibus



vena labris, tanto nocentiùs quan-  
to occultiùs. ne crede. perimie  
fidentem laudator, & noxia sem-  
per nimia fiducia fuit, non priua-  
tim modò, sed & publicè. ac magis  
etiam hic seuit, cùm pronior in  
fraudem potentia sit, regnaque  
tota adulantium decipula subia-  
ceant: nec fœcundior vlla seges  
veneno huic est, quàm quæ sub dia-  
demate ludit secura: tam facilis  
ad ferrum quàm facilis ad fidem.

**G**Rande malum sub hoc fauo,  
præfens toxicũ sub hoc melle  
latet. blandientes oculi hostem  
tegunt, ora ridentia amicum men-  
tiuntur, frons exporrecta venena  
condit, mellea labra fella deuo-  
munt: nec quidquam tuto credi-  
tur quorum corda labra mention-  
tur. subdolum genus mentiri af-  
fuerum, doctumque fallere. scitè  
hos in sua Cistellaria depinxit  
Plautus.



*Palàm blandiuntur, clam si occidit  
vsquam est,  
Aquam frigidam subdolè effundunt.*

*Magis etiam ex vero in Trunculo suo.*

*In melle sunt lingua sita vesper  
atque orationes latteque;  
Corda in felle sunt sita atque aceto.*

*Elingua dulcia dista datis, coram  
amarè facitis.*

*Non potuit veriùs adulantium moribus  
ingeniumque effingere; quibus oratio  
omnis coram melle sita atque, corda  
felle natant. os presens qui laudatur,  
saccari inter bis calamum; sin abest,  
colocynthis arbitrabere. pestilens genus  
quod venenarium afflatu suo necat  
incantos & alia omnia cogitantes  
Iulit olim in rem nostram, omnia  
scius quidam sculptor, à cuius dextera  
Et manu sub extremo quodam  
xi margine poma & vix faber  
mè politè pendebant, quas natus*



tam amulatus veritati similes explicuerat, tam fabre sciteque, ut non vnus arbitraretur, inde quaedam ad cibum posse decerpi; ludunt & adulatores nostri, ut arbitris vera narrare, nec aliud ore, aliud reconditum mente tegere; tamque perite falsa veri coloribus depingunt, ut oracula credas diuinumque scita. cum aliud interim longè supremis legatur labris, corde tegatur aliud. quid quòd tam inter se pugnent mens & labra, ut nulla æq; pugnantia reperias. laudant & laudant coram, absentes lacerant: presentes postquam onerauerint encomio non vno, longè positos ingenti maledicentia mole tanquam solidis Pyrenæis aut Atlante premunt; barbaroque ritu dirum laniant, quos antè tanquam molli sericata strigile aut pelliceo peniculo demulserant. Vnum proinde moneo. nemo fidat. infida hic omnis statio est. nemo in hanc aut aream aut arenam anchoram firmet;



firmet; fugitium omne hic solum  
est. nemo in hoc portu nauem sta-  
tuat, periclitatur omnis carina hanc  
concredita. fuge vipereas has lin-  
guas quisquis sapit: intus venena  
latent. nam laudem quicunque  
plena manu spargunt, sibi semina-  
nant, horreoque suo messem hanc  
reponunt diuite suo reconditorio:  
at tu quisquis es, sequere Comi-  
eam,

*Nil illis crede, qui aures verbis  
diuizant*

*Alienas, suas vt locuplerent de-  
mos;*

qui commodorum suorum studio-  
si, auribus alienis colligunt escas,  
ventrem vt farciant suum, docti si-  
bi in alieno agro metere, triturare  
in aliena area sibi, ex peregrino  
torculari & penu vina sibi prome-  
re, sibi fundere, haurire sibi, sibi  
secundo nauigare vento & flumi-  
ne. ingruit tempestas, & obdu-  
rum nubibus celum minatur, mig-  
ruit aether, & potenti aliqua scintilla  
fulmina



fulmina dexterâ? fugiunt trepidi  
laudatores. ambusit aliquem vi-  
cinior flamma? nesciunt virum, &  
pro laudibus maledicta reponunt.  
& tunc ille linguis tanquam præ-  
petibus pennis tantum non cælo  
illatus, infra quidquid hominum  
est reconditur. virtutes, diætaque  
factaque fortia, mira labiorum me-  
tamorphosi in vitia & imbellem  
animum transferunt. ita illis mo-  
mento non rarò, ex optimo, do-  
ctissimo, generosissimo, valentis-  
simo, pessimo, ineruditissimo, ig-  
navissimo & imbellis totus surre-  
xit; Therites ex Agamemnone,  
Paris ex Achille, ex Hercule Om-  
phale, ex Sampsonè Dalida, ex A-  
lexandro Darius, ex Curio & Fa-  
bricio Sardanapalus; ex Cæsare,  
Fabio, Catonè, Pompeio, Camil-  
lo, Scipione, Æmilio, Metello, li-  
xarum aut trahariorum ultimus. ita  
repentè ille maximus & Traiani pa-  
negyrico dignissimus, infra Verrè  
& Nævium reponitur. miratus olim



Afer diuipotentem sagam, quæ in quid  
 audito in illam diem ausu, cœli vide  
 spondisset deponere, terram vince  
 spendere, fontes durare, montes mani  
 diluere, manes sublimare, Deos Pra  
 simare, sidera extinguere, tartarum circui  
 illuminare, vnicoque verbo Marte  
 storem mutare in feram, caupo eande  
 nem deformare in ranam, alium reme  
 in arietem, scriptoremque suum are fe  
 asinum. nos potiore iure miremur tat, si  
 laudatores nostros, si quid ingratu maci  
 rit aduersi, momento citius è pro hiber  
 batissimis improbissimos, ex am quàm  
 cissimis hostes, è leonibus dama ventu  
 è viro fœminam figulare. mon dem  
 strum ingens, cogitatu horridum bitre  
 in quod quidquid vsquam porten belli  
 tosum confluisse merito arbitre adha  
 ris, vt nulla tam effera immanisq; lauda  
 bellua, cuius non vincat feritate que a  
 & sanè clementiã dixeris omne magn  
 vbi que qua latissimè terra patet tu hit  
 uitiam, si cum adulantium barba tem  
 rie componatur. deducamus prosp  
 hanc paginam tanquã in theatru infeli  
 qui



quidquid orbe toto seuisissimum,  
videbis nulli immanitate cedere,  
vincere omnia. Ordiamur à Ro-  
manis.

Prætoriam Antonij properantis  
circuire & exhortari suos Actiaco  
Marte, tenuisse volunt Remoram,  
eandemq; Caij Principis quinque-  
remem. quis credat, cum rostra  
ære ferroque ad idus armata cogi-  
tat, sesquipedalem pisciculum, li-  
maci magnæ similem, ingentes in-  
hibere naues posse. nec alio modo  
quàm adherendo domat Oceani  
ventorumque rabiem. habes ea-  
dem in adulatoribus. exiguas ar-  
bitrere vires; nec posse à tam im-  
belli tanta nasci. cum interim sola  
adhæsiõne, dictorum factorumque  
laudatione, primos quosque ipsos-  
que adeo Principes, Regesque ad  
magna properantes adulatorio fla-  
tu hiant, properantesque in virtu-  
tem, & iam è medio cursu portum  
prospedantes, retro nõ raro agant  
infelici velificatione.



In Sardinia Solifuga similis araneæ in metallis argentariis plurima est. occultim adreptat, & per imprudentiam superinsidentibus perstem facit. Quid accommdat adulatori? diem solemque fugio perpetua nube nocteque in fraudem tectus, occultimque in potentium gratiam adreptit, inter aurum gloriamque plurimus. fidentibus exitio est.

Pantheram Syria donat. que ne animalia reliqua terreat oris toritate, abdito capite quæ corporis reliqua sunt spectanda præbet, ut stupidos in obruta greges secura populeretur vastatione. adultores intus inimicam latentem feritatem suave ridentibus obtegunt labris, fronte in fraudem exporrecta, oculis in decipulam amicè ludentibus, ut securius in incautos barbaro sænant more. nec quidquam in illis quod virum sapiat, nusquam cominus & aperto campo manus & arma. sub venusto mol-

lique



lique amici pallio exarant im-  
prudentes, inde in inermes ruunt,  
non fortunis, fame, vitæ parcen-  
tes. Sua si in alieno commoda  
sanguine sepulta arbitrentur, se-  
cant securibus venas, & in imo al-  
teius iugulo cordeque tot vela-  
minibus sepulto, tua venantur  
bona.

Africa chamæleontem noxia fœ-  
cunditate protrudit. Color huic  
varius & in momenta mutabilis, ita  
vt cuiusque rei se iunxerit, con-  
color ei fiat. cui magis color va-  
rius quam adulatori, quem in mo-  
mento mutat pro conditione illius  
cui adhæserit, doctus omnem in-  
duere formam, vt rebus suis con-  
sulat?

Tarandum Æthiopia mittit bo-  
um magnitudine, bisulco vestigio,  
ramosis cornibus, capite ceruino,  
vrsino colore, & pariter villo pro-  
fundo; hunc affirmant colorem  
vertere, fierique ad similitudi-  
nem cui rei approximauerit, siue  
A a 6 illa



illa saxo alba fit, seu fruteto virens  
 coloresque omnium arborum, fructu-  
 ticum, florum, locorumque red-  
 dit, ideoque raro capitur. adulatorum  
 ad omnem se formant potentiam  
 similitudinem, seu durior ille char-  
 lybe, seu spongia mollior, seu rope  
 firmior, seu aqua labilior fit. avar-  
 rus est, parsimoniam nominant;  
 profusior, liberalitatem; crude-  
 lior, ingentes animos; bella ex bel-  
 lis ferens, dignum Imperatoria pot-  
 pura, diademate dignum. quocum-  
 que demum se verterit cui adhaerent  
 aut in quamcunque vitam morem  
 que pronus, in idem se induunt. si  
 in virtutem inciderint, virtutem  
 mentiuntur. De Deo sermo inie-  
 tus? ex eremo aut ultima veteri  
 Thebaide advocatos credas, ita ni-  
 hil ore praeter Deum sapiunt, corda  
 vitiis natant. si in sceleribus no-  
 bilem se verterint, nefandorum  
 agminum ductores sunt. quis hos  
 laqueis aut irretitos retibus capias,  
 ad omnem virtutem vitiumque pro-  
 nos;  
 imita  
 Ma  
 tripli  
 vicibu  
 glauc  
 corpo  
 pion  
 libilia  
 dulos  
 mana  
 pedib  
 mora  
 tia po  
 quid  
 mult  
 na fer  
 ferit,  
 bland  
 tium  
 solo  
 tiandu  
 imitat  
 que m  
 valid  
 quam  
 nos;



nos; illam mendacio, hoc ex verò imitantes?

Manticora apud Indos nascitur triplici dentium ordine, coëunte vicibus alternis, facie hominis, glaucis oculis, sanguineo colore, corpore leonino, cauda veluti scorpionis, aculeo spiculata, voce tam libilia vt imitetur fistularum modulos tubarumque concentū; humanas carnes avidissimè affectat, pedibus sic viget, saltu sic potest, vt morari eam nec extentissima spatia possint, nec obstacula latissima. quid assimilatius adulantibus? quibus multiplici dentium ordine, leonina feritate, scorpiciaca cauda obuios ferit, modulos imitatus vocemque blandientis amici, cum nisi stantium ruinas exdesque machinetur, solo humano demum sanguine satiantus; eiusque in primis cuius imitatus mores vocemque est. neque manticora vnquam tam vario validoque saltu campos transilit, quam noxia adulantium vox vno



maledico oris flatu transuerberat,  
non sexui, non aetati, non sanguini  
parcens.

Tales iam olim accepimus liber-  
tini generis, Chryfogonum Sulla,  
Amphionem Catuli, Heronem  
Luculli, Demetrium Pompeij, Au-  
genque Demetrii, Hipparchum  
Antonij; nobilissimorum Sena-  
torum proscriptionibus ad Regias  
opes conscendisse, ingenti potentia  
Reipublicae formidolosos, opibus  
que dominis tantum non su-  
periores. quos in indignissima  
queque improbis scelerum lauda-  
tionibus propellentes ad propu-  
diosam in omnem posteritatem  
generis infamiam propulere. fue-  
runtque ex hoc hominum genere  
non pauci qui republicas imperia-  
que florentissima, potentissima,  
sceptraque ac diademata ad aliena  
non semel genua computere. nec  
longe petenda exempla, plena om-  
nis seculorum historia est; ut aulim  
dicere

Pa  
dicere  
cidisse  
pra li  
protru  
fisse  
tolle e  
lauda  
appla  
ra imp  
ma co  
non in  
ro qu  
te diu  
derab  
nentu  
ni aet  
runt,  
in vil  
rem,  
nomi  
cuiqu  
tentio  
esse b  
fortu  
cõsili  
ta feli



dicere nullam propè purpuram de-  
cidisse sine his manibus, nulla sce-  
ptra ligonibus æquata sine horum  
protrusione, nullas pronincias de-  
fuisse sine fallaci horum dextera.  
tolle enim prauorum consiliorum  
laudatores, tolle temerariis ausibus  
applausores, tolle ad viribus maio-  
ra impulsores, quis Regum ad ar-  
ma concurret, aut ad non tuta, ad  
non iusta? quis dubio parabit fer-  
ro quod pace possit? quis non an-  
tè diu multumque cogitabit, pon-  
derabitque. incertos bellorum e-  
uentus, lenia momenta quibus om-  
ni ætate ingentia imperia corrue-  
runt, multorum sæculorum regna  
in vilissimum prolapsa sunt pulue-  
rem, & tot retro ætatum sceptrane  
nomine quidem nunc nota. posse  
cuique euenire quod paribus po-  
tentioribusque euenit. nec aliud  
esse bellum quàm fortunatum in-  
fortunatumve aleæ iactum. nec tam  
cōsilio viribusque, quàm inexpecta-  
ta felicitate rem geri, ita paucorum  
non



non rarò qui in prima acie steterunt metus, fama etiam rei fallax vulgata, opinio de aduersario concepta, indignatio in ducem, tædium longæ militiæ, prædæ auaritas, hostium contemptus, ductorum interesse aut apertæ aut tectæ simultates, inuidia sociorum virtute nata, æmulatio gloriæ alterius, aliaque his leuiora quantas res perderunt? quæ si quis seriùs humanarum rerum indagator suo pte ingenio discutiat, aut alieno vero æmico pectore & ore suggesta examinauerit, quàm lentè progredietur ad extrema precipitiò proxima, quàm cautè in hoc lubrico figet gradum, exemplis monitisquè doctus? quàmquæ priùs omnia tentabit quàm descendat ad illud dubium exitus incerti? ad illud denique momentum, è quo fortunæ, famæ, vitæ, posteritas omnis pendet? quàm sæpè cogitabit, quæ hæc imprudentia, è tam tenui filo, tanquàm ab aranearum tela, aut bombycum

stami-



flamine suspendi quidquid retro  
maiorum labor, industria, sanguis,  
fortunaque sua parauit, aut quid-  
quid postera exspectatio diuite  
sponsione addicere audeat.

Verum ubi accesserint laudato-  
res, & per precipitia impulsores;  
ubi inlustre illud nomen generosi,  
dedecus ignaui; ubi vetus illud,  
Audentes fortuna iuuat. & illud,  
Nemo nimum prudens fortuna-  
tissimis illius manibus ad fastigia  
conscendit. ubi deinde periculo-  
rum dubiorumque euentuum ele-  
uatores, quibus nihil magis ad ma-  
num quam mendacio sapientia  
obstrepere, omnemque prouiden-  
tia aditum occludere: ne si ex ve-  
ro mala dinoscantur, periculaque  
sine stibio & ornatu nuda profe-  
rantur, a temerario ausu & impru-  
denti incepto ad saniora consilia  
tutioraque deducant. Idem eue-  
nire in sceleribus vitis que reliquis  
comperies. tolle laudatores, sub-  
ministratores, impulsores; quis Re-  
gum

gum



gum magnorumque voluatur peipfa ad  
 tot pœnitenda? quis crudelitatem  
 depredationibus misceat? quis  
 proscriptionibus barbaram feritatem  
 quis libidini sanguinem? quis alie  
 nis cervicibus iuguloque hilaritate  
 dinem? quis avaritię cedens, prodig  
 galitati rapinas, superbię inviden  
 tiam & non-moritura odia? ita ni  
 mirum comparatum est, ut si lau  
 datores eluas, eadem plurimum  
 spongia scelera diluas, eodemque  
 peniculo crimina deueras: maxi  
 me in iis quorum magnitudo vitia  
 occulta esse non patitur. ferit enim  
 oculos splendor ille, nec patitur in  
 lucido corpore nequam esse occult  
 tum. nimirum quis in candida ve  
 ste & niue picem celauerit? idem  
 de iis cogita quos in excelsa fortu  
 na locauit, obtutibus omnium pa  
 tere, nec tam esse in illis leue tam  
 que reconditum, quod non eadem  
 dies detegat, & prospectandum de  
 signet palam. iam quis palam ma  
 lus haberi velit, aut scelera propter  
 ipsa



atur peipfa adiit? non magis quàm huma-  
elitate num sanguinem propter ipsum.  
? qui semper aliquid præteximus boni,  
feritate integimusque improbitatem pro-  
quis alie bitatis pallio. Quòd si proinde do-  
hilaritate flores hosce, peritosque in aliena  
s, prodie re mentiri in fraudem, iustuleris  
nuiden structores, iam crimina fœditate  
a? ita ni feritateque, sua auctores terrebunt  
vt si lau anertentque, qui sub infida virtu-  
urimum tis stola quid non audent? vt meri-  
demque to omnibus omnino hostibus no-  
s: maxie centiores qui dixerit, etiam infe-  
do vitia stissimis & solo sanguine pacan-  
rit enim dis, non aberrauerit. ab hoste enim  
atitur in & què inimica videris arma circū-  
e occul- ducentem, paribus armis te tuosq;  
dida ve- defendabis: ab eo qui sub amici vul-  
t? idem tu inimicum tegit, sub osculo nimi-  
o fortu- rum loabum, quot tutelare ferrum  
ium pa- tuebitur?

Ubiunq; proinde senseris om-  
nia laudantem, time. scorpius te-  
gitur sub hoc flore, coluber sub  
hac herba, latam ruinam daturus  
si accesseris. vis hunc non penna,  
sed  
ipfa



sed toto corpore tenere? vitia in-  
 gere, & audacia facta præcipit  
 proxima, supraque vires meditata  
 proponere; vindicem dexteram, ig-  
 nes, ferrum, depopulationem me-  
 ditare, in innoxios agros domo-  
 que flammam, in innocentia capi-  
 ta secures, laudabit: etiam currenti  
 calcar adhibebit, timentiam animo  
 verecundo audaciam. narra dicta  
 facta, cogitata non proba; magno-  
 rum omni tuo exemplis docebit  
 probissima. calumniare optimum  
 quemque ut sperata magnitudini  
 tuae obicem & hostile munimen-  
 tum, deterioribus onerabit. lauda  
 sceleratissimum, sed improbis ma-  
 chinationibus tuis Atlantem, nihil  
 tulerit terra sanctius. in varias de-  
 nique imò omnes te flecte formas,  
 damna probata prius, proba à te  
 damnata, accedet omnibus assensio  
 pari, & rationes inueniet in tam  
 dispari pugnantique sequela. fuge  
 quisquis sapis inimica hæc pectora  
 amicis tecta labris. non magna res  
 si im-

P  
 si im-  
 ris, m  
 vene  
 circ  
 bus in  
 ore la  
 nou  
 nen  
 in H  
 narra  
 salia,  
 Afric  
 insul  
 in ita  
 letas  
 rien  
 nihil  
 tiis in  
 inua  
 cont  
 negl  
 leuia  
 tium  
 dede  
 N  
 bus



si imbiberis & in animum demiseris, magna mala dabit. neque vlla venena parua sunt quæ interitum circumferunt. miraris à tam leuibus initiis surgere ad tam magna, ab ore laudatore ad perniciem? quid nouum à tenuibus ad summa deueniri? etiam à cuniculis suffocatum in Hispania oppidum Varrone narratore discimus, à talpis in Thesalia, à ranis in Gallia, à locustis in Africa. tanè ex Gyaro Cycladum insula incolas à muribus fugatos, in Italia Amyclas à serpentibus delatas, à scolopendris abactos Trierenses auctor est Theophrastus, vt nihil nouum sit à propè nullis initiis ingentia nasci mala, nulla vbi inualuerunt arte medicabilia. ne contemne. nemo prudens hostem neglexit licet minimum. neque leuia æstimari debent quæ ingentium malorum causam non semel dederunt.

Non ignorarunt hoc è veteribus viri magni. hinc illud Augusti  
Caesaris,



Caesaris, Nullam pestem assentato  
 ribus detestabiliorem. & lauda  
 tum illud Tiberij, cum Domini  
 audisset, parceret contumeliaz. pub  
 crum etiam illud Titi, coronas cap  
 pta Ierosolyma auersantis, cum v  
 ni Deo victoriam ascriberet. nec  
 minus gloriosum Pescennij Nigri  
 Imperatoris, panegyricum sibi di  
 ci vetantis, cum praeclara illa voce  
 Viuentes laudare ridere est, mo  
 tuorum facta fortia in imitationis  
 studium viuentibus decantanda  
 & verissimum illud Iouiniani Im  
 peratoris, Purpuram assentato  
 non Regem colit. & Euripo adu  
 lator similis fluctus suos in dines  
 sum raptanti. nobile etiam factum  
 & purpura dignum Attilae Hunno  
 rum Regis, Maruli Calabri poema  
 concremantis, quod vatum non  
 ignorata licentia Regium Hunno  
 rum genus ad Deos retulisset. be  
 ne Sigismundus Imperator in e  
 xemplum omni posteritati, cum  
 lauda

land  
 que  
 Imp  
 red  
 tor?  
 cate  
 mus  
 ciati  
 rere  
 tiore  
 regn  
 prob  
 mor  
 cum  
 lato  
 con  
 disse  
 min  
 mag  
 lega  
 nem  
 run  
 pura  
 retu  
 Der  
 stan



laudatorem alapis cecidisset, ille-  
que inclamasset, Quid me caedis  
Imperator; prudenter & ex vero  
reddidit, Quid me mordes adula-  
tor? & Alphonſus Aragonum Rex  
caetera magnus, hoc etiam maxi-  
mus quod exquisitis non raro cru-  
ciatibus reliquos ab adulatione ter-  
reret, cum nullam imperiis nocen-  
torem pestem, nullam sceptris  
regnisque magis exitialem diceret.  
probatissimum etiam omniq; me-  
moria dignum Severi Imperatoris,  
cum atrocissimis suppliciis in adu-  
latores sentiret, quod Principum  
concordiam qua vna regna starent,  
dissolui ab his diceret, nec laude  
minore digni Athenienses qui Ti-  
magoram ad Artaxerxem Persam  
legatum. Regiis muneribus gra-  
tiam, extremo supplicio damna-  
runt, premium blandientis pur-  
purae, qua vna arte ingentia dona  
retulerat, bene etiam illud, cum  
Demadi centum talentorum mol-  
tiam irrogarunt, quod Alexandri

Deo-



Deorum decimum tertium infanti  
 bi inuississet. celeberrima orbem  
 Tyriorum & Sidoniorum colla-  
 datio fuit, infami domini exitu  
 A& 12. bilitata, cum *Dei voces* non hanc  
 nis acclamassent Herodis, protri-  
 nali cōcionabundo; *confestim* per-  
 cussit eum *Angelus Domini*, eo quod  
 non dedisset honorem Deo, & confu-  
 ptus à *vermibus* expirauit. miser  
 merces adulantis populi, infeli-  
 exitus applaudentis Regis. tam no-  
 xia dies domino quam credula  
 dulatoribus, exemplum postea  
 fauientis Dei in omnem adula-  
 tem: exemplum temerarij applau-  
 sus, stolidique exemplum assensum  
 non cecidisset Rex tam foeda vlti-  
 manu, si non annuisset fatui popu-  
 li acclamationibus, qui purpuram  
 sceptraque veritas, & indigna-  
 tem dexteram offense Regis, pro-  
 filit in voces infelicis domini  
 morte luendas, vermibus piandas  
 miserum premium vermium fieri  
 escam & pastum: vt quot verme



tot specus, quot morsus tot vlcera,  
vindicantis Dei documentum cer-  
tum. quod si non omnes assequi-  
tur hac pœna, manet fors maior.  
neque enim transilit hos applausus  
Dei manus intacta. Non sanit in  
hac vira? sauiorexurget in altera,  
& pro temporaria feriet æterna.  
nemo inultus cecidit scelerum au-  
stor, nemo nocens abiit inuulne-  
ratus. si nulla temerantem ausum  
peritura decolorauit flamma, ex-  
ardet æterna, nullo sine, vulnere,  
tormento ponenda. vnaque per-  
ennitate magna, eademque infeli-  
cissima, non moriturorum ignium  
materies nullis suspiriis, lamentis,  
lacrymis, rugitibus deslenda.

Fuge, quisquis salutem amas,  
quisquis fortunatam vitam, exitum  
felicem, præmiationem Deo de æ-  
ternitate commensurandam. &  
vbicunque adulantem senseris, no-  
uaculam adhibe, a deo que & secu-  
rim. nemo prudens collusit toxi-  
co. nemo ridentē amauiit hyænam.

Bb

quis



quis sapiens pectinem admonitanda  
 oni, tigridi spongiam, stolam deice & o  
 con? ludant licet & mollicien da int  
 mentiantur, in altissima sanien piscari  
 pace, fuge. neu fide fronti. lantrum  
 rosa, viola speluncam vestit? qu tendu  
 mihi illices hi flores, omnisque profun  
 mœnior contesserario, si intus dito m  
 zna habitat, si à recenti tigris par alcius t  
 tu? in omne oculorum oblecta ritur o  
 mentum labitur Nilus, fœcundo dorqu  
 ad ruris inbriumque inuidiam plurim  
 psu relapsuque, eoq; fertilior, qu verruc  
 copiosior exilit vada, calcataque tices p  
 perbalittora. metue. blando fœc rum in  
 cundoque hoc transultu crocodi radu  
 lus tegitur. ne crede mari, etiam super  
 positis fluctibus inquietum est. & nec q  
 inter dormientis elementi corve lor ve  
 rem decumani surgunt fluctus. no ries in  
 li extremæ tabulæ te credere. ne sub ar  
 que hominem capillo metire, an menti  
 rubentibus virginem labris. intus do, e  
 pericula, latrones, meretrix late mico  
 & non plurimum altè quodcong re. a  
 nocituxum habitat? adyta pertent hostil  
 caud



monitanda sunt. nullus angulus sine face & oculo dimittendus. profunda intueri. quid in fluminis dorso piscaris, aut extra nemus suum aprum venaris? altè hamus dimittendus, intima saltus perenda sunt. profunda scrutare. latent in abdito mala, sauiùs reperensura quo altiùs sepulta iacent. & ferè mentitur omnis externa mollicies, blâdorque superficiem radens callos plurimùm suos tegit, rubeasque verrucas. ita Ligulticum mare fructices præcreat, qui quamdiu aquarum inharèt profundis, fluxi sunt, radu propè carnulento: at vbi in supera attolluntur, lapides fiunt. nec qualitas tantùm illis, sed & color vertitur. non dissimilia reperies in adulatoribus, qui quamdiu sub amici vultu altam illud intimæ mentis densò contegunt profundo, extrema fronte carnulentos amicoque plenos succo arbitraberent. at si abditum illud in latentis hostilis animi, tanquam reducta



scenica cortina in lucem oculos  
 spectantium deduxeris, lapide  
 senties & inimicas rupes, ac  
 longè alias quàm mentiebantur  
 genas: vt qui antè rosas violasque  
 spargerent, nunc spinas, sudes,  
 stusque & flammam, quibus expugnandis  
 nouus exsudet Alcides.

Neque in scitè Garamantum fontem  
 ti adulatorem composueris. alter  
 nis ille vicibus die friget, nocte  
 uet, ac per eadem venarum commercia  
 interdum ignito vapore  
 stuat, interdum glaciali algore  
 rescit. in quo hoc etiam magis  
 mirandum, ab occasu solis ita  
 calefcere, vt noxium sit contigisse  
 ab ortu verò postquam radios solis  
 sparserit, adeò glaciales euoment  
 scaturigines vt hauriri à sitientibus  
 non valeat. vt meritò inter memora  
 moranda statuas fontem qui frigore  
 calore, calet frigore. quid verò  
 rem nostram accommodatius ex  
 cogitari potest? non per idem  
 adulator ignium vomit globos, &  
 iacula



iaculatur mella? inde fella, & rursum mella, rursum ignes, roremq; fontemq; extinguendis flammis? non nunc spargit lilia, nunc vina & crocum, & quidquid Arabia odoramentorum felix prædiuite fundit sinu; nunc fundit toxica, & quidquid noxium non vno loco fecunda malorum tulit tellus? idque eadem non raro hora. mella & rosas in præsentem, spinas & fella in absentem, voluntate tam utrimque noxia. In quo hoc etiam non dissimile. si in viram incidit, & verè virum, omnis illa frigaret palpatio, languescentque verba fallere docta, masculæ mentis calore excussa? sin in frigentem tepentemque incurrerint, non magno negotio, improbo linguarum habello accenditur ignis, ab itque in flammam eo tenaciorem, quo lentior materia fuit tardiorque ad incendium.

Fuit non vnus qui Ægyptiæ palmarum adulantem conferret. neque



imperitè. sedat illa sitim si prius  
 quam maturuerit decerpatur. nam  
 si adulta iam & matura carpatur,  
 sensum intercipit, gressum prepe-  
 dit, linguam retardat, obsessi quæ  
 mentis officii, ebrietatem imita-  
 tur. eadem de adulantibus cogita.  
 decerpe antequam inualuerint, an-  
 tequam radices altè iecerint, ne  
 sitim metues noxiam aut ad nocu-  
 tura ducentem: sin expectaueris  
 dum robore suo coaluerint, & ma-  
 turitate validi imperare domi, tor-  
 famæ, gloriæ, fortunæ didicerint,  
 quidquid est virilis sensus, quid-  
 quid nominis, adeoque & mentis  
 bonæ, noxiæ suo iuctu exsugent  
 hæc mustulente palme, dum totum  
 hominem fatuo mentitoque deiri-  
 nent errore, bacchantibusq; simi-  
 lem possessore suum statuunt. qui  
 quamdiu fatuo hoc bacchoplennis  
 nihil præter nocitura hæc vina re-  
 dolet, irrita cadent vota conat-  
 que mentis sanioris. excute hæc vi-  
 na, & redde hominem sibi, liber-  
 tati



tati suæ, ut aliquando sentiat quam  
fœdè innatauerit huic torculari,  
quam miserè his cõpedibus ac ser-  
uituti illigatus iacnerit, & meliora  
spondere sperareque poteris.

Alius lunæ adulatorem compo-  
suit. quæ modò curuatur in cor-  
nua, modò æqua portione dividi-  
tur, modò sinuatur in orbem, ma-  
culosa, eademq; subitò prænitens,  
immensa orbe pleno, ac repente  
nulla, & attrita mensuræ numero,  
rursusque redornata, rursus ex-  
trita, aliàs pernox, aliàs sera, nunc  
pallens, rubens, minitans, varia  
promittens, ludens, fallens. eadem  
propè in adulatoribus reperies.  
modò incuruatur in cornua ut no-  
teant, modò in orbem se flectunt,  
quo faciliùs si strinxeris elabantur.  
nunc maculis simulatæ mentis va-  
riantur, tristes exinde, pallentes,  
rubentes, diem fugientes, deli-  
quio similes. nunc lato prospe-  
ctu, ore ridente, fronteque o-  
culisque multa promittentibus,



spe plenos in quoscunque incor-  
 rint dimittētes; & exinde nimis  
 credulos amatores suos ludente  
 cum magni illius orbis, diuici-  
 sionis vix vmbra reliquerint  
 procul hinc, procul ab infelici  
 fidere tam variè ludente, fallente  
 tam nonquam nusquam fida cul-  
 res suos statione firmante. nihil  
 to illi credi, nihil committi potest  
 tenere te arbitraris? elabetur. am-  
 cum putas? hostis est. eoque pe-  
 tissimum tempore periclitaberis  
 quo tutissima credes.

Infelix eorum conditio, quae  
 hae mala circumfederint. nunquam  
 tuti, & in alta pacè minus securi  
 quam inter armatos hostes. in-  
 liciores etiam Principes, quorum  
 aures obsidet hac turba, eo spissius  
 quò faciliores illi in metum, in  
 spiciones, in credulitatem sunt.  
 quo premia maiora fallentibus  
 nata quam à priuata manu. quanto  
 enim celsiore quisque loco firm-  
 uit gradum, tanto praecipitia cir-  
 cum-



ueritque tanquam paleam Aquil  
 lonibus raptam, cuius non robor  
 frangat, animosque proculcet? e  
 dem in humano pectore cogita  
 quamdiu serpit humi, & tenuibus  
 contentum naturæ uiuit, ingen  
 pace decurrit hunc campum.   
 ubi pulueris pertesum, alta circum  
 spicit, & ad prærupta gradum pe  
 aspera & dura circumfert; quanti  
 terroribus impletur? si quid super  
 nè imminet, ferrum capiti, securim  
 ceruicibus cogitat. si in summo  
 steterit, horret ad celsitudinis sui  
 præcept. nec alio eget impulso,  
 ipsa enim altitudo trepidationis  
 causa est. Quòd si accesserit im  
 pellens dextera, æmula cogitatio  
 nes, delationes falsæ, criminatio  
 nes, pronior ad metum semita est.  
 In tam expedita magnorū ad for  
 midinem mentis, in tam auido lau  
 dum potentiarumque suarum pe  
 ctore, si adulator manum admo  
 rit quid speremus? non potentia  
 omnis sociata ambitione & com  
 placen



cumspicit maiore trepidatione, & ferè ad quæ metuimus faciles sumus, credulitas timoris socia est, maximè cum magnitudo pondere suo deprimat. iam cum insidia ferè doliq̃ue circumstant alta, prona ad omnem suspicionem semita est, eo magis quo ex suo quisque pectore alios metitur. In plano nudaq̃ue humo firma statio, audaxq̃ue arenæ proculcatio est: celsa pauorem ingerunt. rupibus rupes, & montes montibus insedentes, præruptis hiatibus nobiles, grandine, nimbis, imbribus, fulmine frequentati, terrorem horroremq̃; incutiunt. ita mare ventis naufragum, dum lambit relambitq̃ue percutitq̃; repercutiturq̃ue tanquam in datario pilæ lusu littora, prouocat spectatorem ad fiduciam sui. at ubi decumani insurrexerint fluctus, & se ipso iam grandius, ac quasi fastu plenum, montes superstantesq̃ue tranfilit rupes, & quidquid validum ingenti perflat murmure, e-



placencia sui, facilis pronaque ad  
adulantium laudes, alienasque cri-  
minationes est? ipsa sibi prima vi-  
deri cum velit, & res negata, pri-  
ma tamen assentantiū vocibus sta-  
tuitur. si dignitate meritisque pri-  
ma, nil opus alieno ore, res loqui-  
tur. si inferior, primas alienis labris  
occupat. vt si potentia desit, vir-  
tute tamen rerumq; gestarum, aut  
gerendarum gloria, prudentiaque  
tuorum emineat assentationibus;  
re ipsa nudata licet omnibus. ita  
imbelles, timidi, auari, varioque  
scelere notati; fortes, magnanimi,  
liberales, omni que virtute clari  
pradicantur. Quid speres his lit-  
guis impellentibus, & pro vitio vir-  
tutem designantibus? quam mo-  
rum emendationem in viro Prin-  
cipe, natura, educatione, aut con-  
suetudine aliorum à virtutis semi-  
ta raptis? cum & amor sui cecus ve-  
lauerit oculos, & adulatio falsū pro  
vero obiecerit? oculis suis qui non  
videt, aliēis verò qui nil nisi bona,



& à virtute nata videt, quid videat  
 in emendationem? auribus qui si-  
 bi animo que suo obturuit, quibus  
 præter laudatorem nullum audit  
 quibus impellētibus rectum à præ-  
 uo dinoscet, cum recti nomen præ-  
 ua induerint? misera magnorum  
 conditio, cum vera audire nolint,  
 quia aduersa, quia conceptæ apud  
 animum suum opinioni contrariæ,  
 quia volunt audire probi; falsis ve-  
 rô quocunque colore vestitis gau-  
 dent, quia votis suis amica. miseris  
 quibus nemo malum, malum; bo-  
 num, bonum; virtutem, virtutem;  
 crimen, crimen denuntiat, omnes  
 quod velle eos credunt, narrantes  
 sint improba, sint à parum pruden-  
 ti consilio, sint extrema dementiæ,  
 temeritatis, sceleris; si proba, & à  
 virtute prognata velint, sub fallaci  
 hac linguarum incude, cogitata  
 dicta factaque sunt: nec quidquam  
 certius aut testatius illis. & sanè  
 cum nihil expeditius quam crede-  
 re quod optamus, quid facilius  
 quam

P  
 quàm  
 pote  
 ditur  
 le, pr  
 rem  
 nisi r  
 illud  
 tas de  
 nator  
 conc  
 de bi  
 subd  
 dij,  
 per la  
 enim  
 liug  
 acue  
 ro. i  
 præ  
 runo  
 gua e  
 das ig  
 citan  
 Beat  
 qui in  
 vit, e



quàm persuadere talia esse, qualia  
potentum pleriq; esse volunt? in-  
ditum enim cuique quod amat vel-  
le, pronumque rapi in desideratam  
rem credulitate ductore. tacerem  
nisi raperentur in interitum. hinc  
illud Ecclesiastici: *Ciuitates mura-* Cap: 28.  
*tas diuitum destruxit, & domos mag-*  
*natorum effodit, virtutes populorum*  
*concidit, & gentes fortes dissoluit.*  
de bilingui & susurrone illi verba,  
subdit: *Multi ceciderunt in ore gla-*  
*dij, sed non sic quasi qui interierunt*  
*per linguam.* nec nouum hoc. ferè  
enim qui gladio, antè ceciderunt  
lingua: vt coram arbitreris lingua  
acuendo, in eadem eudendo ferro.  
ita non prænuntia modò, aut  
præambula, sed odiorum bello-  
rumque incitatrix incentiuq; lin-  
gua est. flabellum follemque cre-  
das igni accendendo, flammæ ex-  
citanda, atque hinc illud eiusdem:  
*Beatus qui testis est à lingua nequã,*  
*qui in iracundiam illius non transi-*  
*uit, & qui non attraxit iugum illius.*



& in vinculis eius non est ligata  
 caussam addit: Iugum enim illius  
 iugum ferreum est, & vinculum  
 eius vinculum areum est: mors illius  
 mors nequissima, & vitilis potius  
 ferus quàm illa. poterat graniori-  
 bus deterioribusque componi: in  
 go ferreo, areo vinculo, morti-  
 adeoque & inferno comparat: le-  
 uioresque inferorum pœnas biline  
 qui arbitratur lingua. dura cen-  
 ra. maximè quia à spiritu sancto  
 profecta. nulla hic crescens ad ter-  
 rorem dictio. nuda verba sunt ve-  
 ritatis primæ. mentiri nescit, aut  
 verbis ludere: audiamus adula-  
 tium ab eodem Spiritu in Regio-  
 in ore eorum veritas: cor eorum  
 num est. Sepulcrum patens est gut-  
 tur eorum, linguis suis dolose agebant.  
 venenum aspidum sub labiis eorum.  
 aspidi qui credit, quid nisi venena  
 speret? aut quis misereatur amanti-  
 toxica? & alibi: Exacuerunt ve-  
 gladium linguas suas: intenderunt  
 archi-

Ps. 5. 13.

Psal. 63.



arcum rem amaram, vt sagittent in  
occultis immaculatum. subitò sagit-  
tabunt eum, & non timebunt: firma-  
uerunt sibi sermonem nequam. narra-  
uerunt vt absconderent laqueos suos.  
gladium, arcum, sagittam, laqueū  
denuntiat ab ore adulantis, sub a-  
mico vultu vulnerantis, interimē-  
tis. eadem propè habes apud Iere-  
miam; Extenderunt linguam suam  
quasi arcum mendacij, & non verita-  
tis. Sagitta vulnerans lingua eorum,  
dolum loquuta est. in ore suo pacē cum  
amico suo loquitur, & oculi ei ponit  
ei insidias. audienti interminantē:  
Nunquid super illos non visitabo, di-  
cit Dominus. aut in gente eiusmodi  
non ulciscetur anima mea? Et apud  
alium: Dilexisti malitiam super be-  
nignitatem; iniquitatē magis quā  
loqui aequitatem. Dilexisti omnia  
verba precipitationis, lingua dolosa.  
propterea Deus destruet te in finem,  
& euellet te, & emigrabit te de taber-  
naculo tuo: & radicem tuam de ter-  
ra viuentium. timeant potentes  
quorum

Cap. 91

Psul. 512



quorum auribus sub mellis fauo to-  
 xica hæc infunduntur. neque enim  
 in assentatorem tantum, sed in om-  
 nem credulum & obaudientem  
 gravis interminatio insurgit. De-  
 structio in finem æternitatem lo-  
 quitur: euulsio, & de tabernaculo  
 emigratio in posteritatem proten-  
 ditur: eradicatio in omnem usque  
 & usque progeniem abit. timere  
 potentes, & quibus faciles in assen-  
 tationem aures. non stat credulita-  
 tis huius vindicta in vno capite  
 decurrit in posteros, sæuitque in om-  
 nium germen, nec altè defossæ ra-  
 dici aut semini parcit. gravis omni-  
 nium vindicta quæ in innocuam  
 transit posteritatem, & ad necdum  
 nata prorumpit. Felices qui hoc  
 infelici aurium pruritu carent, ma-  
 gis etiam qui potenti manu arcens  
 & se in libertatem vendicant labio-  
 rum mentientium. monet Sapiens

Eccli. 28

*Sepi aures tuas spinis, linguam ne-  
 quam noli audire, & ori tuo facito  
 ostia & seras. prudenter spinis se-  
 pient*



piendas monet, ne mollium labio-  
rum attactu in fraudem pellantur:  
ne Sirenum his vocibus à recto bo-  
noque abducantur. sed vt suffocet-  
tur ab oppansis spinis malignum  
semen solo domini sui interitu fœ-  
cundandum: quin magis, eant ad  
Deum preces, fluant lacrymę, tra-  
hantur imo suspiria pectore, vt ali-  
quando tandem dura hac saxa que  
labiorum feruitute, vipereaq; lin-  
guę insidiis, mendacis que oris la-  
queo erepti, sine fraude doloque  
planam Domini viam felices de-  
curramus: vt B. Iob sponsionibus  
diuites, libertati à flagello lingua, Cap. 5.  
non timeamus calamitatem cum ve-  
nerit. In vastitate & fame ridentes,  
& bestias terrę non formidantes,  
valentissimę hęc mentis testatissi-  
ma indicia sunt, & mentis lenoci-  
niis vacuę, omni que assentatione  
maioris, vt quę generoso ausu con-  
culcauerit hęc venena, & obdu-  
rnerit ad Cyrcea hęc pocula, rise-  
ritque has improbi oris pectoris-  
que,



que, mella, rosas, saccarumq; exem-  
 suum mentientes pedicas. vt omias?  
 denique decipula hac maior, obquidq;  
 rat nobili protritū noxios hos scēptra  
 pios calcaneis insidiantes. Beatus  
 repeto, beatus, cui hęc felicissimā  
 concessa, magis si Princeps fuerit dignat  
 si diademate aut scepro clari, nōs li  
 in exitium Rempubliam scēptus.  
 trahat, dum his incentoribus factur, qu  
 in optimos, prēmia largitur inuitia in  
 probis, dum probitate damnare, cri  
 virtutem fastidit, vitia amplectens  
 facilis in suspiciones, amulationes  
 odia; tardus incredulusq; ad tebat  
 liorum laudes, celer in delationes  
 Deuota quisquis es hos irrespirabilem  
 lis profundi scopulos, hęc inent ab illo  
 tabilis Oceani breuia, hos Aeneas ma  
 montes fuligine & ignibus inquam  
 mes, has Rerumpublicarum pelles Reipu  
 in regnorum exitium natas: recedes  
 quemquam ad aures admittit conuictum  
 non probata antē virtus & seriodam  
 scussa, propositis in hanc rem vitē nau  
 tutum vitiorumq; in sequelam diuitia  
 exem



ccarumq; exemplis. Vis nosse cui tutò cre-  
as. ut omnes? finge ut antè dixi scelera, &  
maior, ob quidquid indignabunda solent  
os hos scilicet, quidquid iratum aurum.  
es. Beati senties animum. finge in proba-  
te felicissimos odia, in religiosissimos in-  
ceps fuerit dignationes, in sanctissimos amu-  
claros, in los liuores, in doctissimos contem-  
tam seculis. videbis quo flumine prolua-  
ribus scilicet, qua intus flamma luceat. con-  
argitur in iustitia in optimum quemque iacula-  
e damare, criminationes in integerrimos,  
impletem minas in omnem dignitate cla-  
nulationes rum. & prodet se si quod intus la-  
sq; ad tebat malum. nonacula enim illa  
delationes sunt apertemati recludendo, scal-  
respirabilem pellum venæ incidenda, ut discas  
hec inerte ab illo pure, ab hoc sanguine quâ-  
nos Atque mala malignitas præcordia teneat?  
nibus in te quam parum tuto te, salutem tuam  
rum pestes Reipubliceque credas. O fuge cru-  
atatas: recedeles terras, fuge auida optimo-  
mitte conuulsum sanguinis littora, fuge infi-  
& seribit di- dam stationem quisquis potentum  
acrem vitæ enauigas maria, quisquis dignitatū  
sequelam diuitiarumque Oceano veheris,  
& tu-



& tutioribus te crede terris, fir-  
 miori littori. aderit Deus, diriget  
 que te potenti sua dextera ad opta-  
 tum aeternae felicitatis portum: tan-  
 tum sequere monentem, praeun-  
 tem. mens ori, menti responde-  
 ant labra, facta dictis. cogita indi-  
 gnum viro mendacium esse, fem-  
 inei timidi que pectoris signum  
 esse. Nescit virile pectus, virtute  
 Christo que suo plenum mentiri: &  
 ante, tormentis, morte, mendacio  
 proposito, cum Susanna tormenta  
 & mortem deliget. nescit mentiri  
 Christi miles, ignorat que ementi-  
 tas linguarum blandicias & aliorum a-  
 mente sua velificantes. & ut quilibet  
 que Christo suo coniunctior, hoc a  
 mendacio, a linguarum fascino, ab  
 adulationis sibiio remotior est, men-  
 dacio & assentionibus hostis. ita  
 mus arminius, si nullus nisi per for-  
 des effugij locus, ante in inimica  
 ruit agmina, & venatorum audax  
 induit venabula, quam obiecto se  
 contaminet fimo: nobili Christia-  
 nis

nis e  
 calca  
 trop  
 vitar  
 bus t  
 gent  
 Non  
 gere  
 tran  
 rum t  
 & ip  
 prop  
 temp  
 lam a  
 ti con  
 tempo  
 sed m  
 nec de  
 riosiss  
 bilem  
 rie pr  
 do ne  
 caret,  
 enm  
 lation  
 qui v



nis exemplo, qui antè per mille  
calcata tormenta, intrepidi ad veri  
trophæum euolabunt lati, quàm  
vitam mendacio aut assentationi-  
bus tueantur. præt Eleazarus in-  
gentibus animis. verba ipsa dabo.  
Non enim arati nostræ dignū est fin-  
gere, vs multi adolescentium arbi-  
trantes Eleazarum nonaginta anno-  
rum transisse ad vitam alienigenarū:  
& ipsi propter meam simulationem, &  
propter modicum corruptibilis vita  
tempus decipiantur, & per hoc macu-  
lam atque execrationem mea senectū-  
ti conquiram. nam etsi in præsentī  
tempore supplicis hominum eripiar,  
sed manum omnipotentis nec viuus,  
nec defunctus effugiam. quare glo-  
riosissimam mortem magis quàm odi-  
bilem vitam complectens, volunta-  
riè præibat ad supplicium. non mo-  
dò ne porcina carnem mandu-  
caret, sed ne simularet, aut videre-  
tur manducasse. sunt hæ ferè simu-  
lationes in purpura educatorum:  
qui vita, dignitatibus, opibus præ-  
mio,



mio, ad quæ non Christiano indigna se abiciunt? alia olim Eleazaro, omnique nunc virtutis sectatori stabit sententia. recto ambulabit calle, simulationis ignarus, veri amans, assentationis hostis. accedant minæ, exilium, paupertas, & à sceptris tormenta, stabit impavidus; nec flectet ceruices mendacio, non ora reserabit adulationi, non assentationibus aures: & antè cum Christo suo crucem clauosque deliget, quam vel crimen desleat à magno Vero, ut illo duse & præmiatore verissimis cælorum potiatur gaudiis. à quibus mendacium, & quidquid assentationem sapit, tam exulat æternum, quam veritas, mentisque orisque candor inhabitat æternum. quibus ut aliquando fruamur, insistamus dum vita mauet illi semita, quæ nos ad optatum deducat portum magni Veri, magni Dei, omnium mendacii, assentationis, simulationisq; hostis, iudicis, vindicisq; acerrimi.

CAPVT

PH  
C  
MOR  
duco  
rune  
grau  
ciar  
rum  
hic l  
sua  
cui o  
post  
mum  
duin  
rien  
lud  
mors  
Vis  
vis  
re.  
dam  
neq;  
sic  
lest  
nerf